



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

12. Constitutio Clementis VIII. non est vsu recepta super prohibitis  
quibuscunq[ue] largitionibus munera, nisi de rebus minimis, & ibidem,  
Religiosus non potest habere pecunia[m] indepe[n]de[n]ter à ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

Religiosos ( idem fermè & proportionaliter de donationibus liberalibus, id est dationibus, iuxta S. Th. cit à Io. de la Crux. in I. dist. 13. q. 1. a. 2. irredibilius compensatio-  
nē non intendentibus ) sacerdotalibus, parētibus, amicis, opificibus, ut ad negotia priuata paratores sentiant, de fructibus horti, de vestibus Communitatis, de reliquiis panis, vini, carnis, de librīs, et si officiales sint propriā autoritate, aut in iuris. Superioribus facere largitiones, aut sine violatione voti cōtinuare: sicuti n. in sacerdotalibus per minuta fuit & repetita tandem notabile damnū efficitur, ita & in Religiosis, s. v. g. hodie frustillū panis, p̄cēdie carnis, alterā hebdomade quartale vini largirētur, breui diei aut mensū intervallo notabilis damnū Communitati inferetur.

XII. Collige. 2. Constitutionē Clementis VIII, Religiosæ Congre-

gregationes, quâ quæcunq; largi-  
tio seu donatio munerū, nisi fortè  
de rebus minimis & licentiâ ex-  
pressâ in scriptis obtenta penitus  
Religiosis utriusq; sex⁹ prohibe-  
tur, adiectâ pœnâ, ut transgressores  
ipso iure omni dignitate & officio  
sint priuati, & ad eadē inhabiles,  
& perpetuū infames, non esse vsu  
receptā, teste Tann. cit. a. 6 q 3 dub. 4.  
n. 107, nisi in iis quæ consuetudo,  
seu potius corruptela contra me-  
diocritatē Religiosā inuexerat, &  
iure sublata fuere, quâ refert A. Zor. f.  
2. Inst. moral. l. 2 q 5 & explicat Ie de  
la Crux. cit. 3. Religiosum nō posse  
etiā cum consensu Superioris ha-  
bere certam pecuniæ summam in  
singulos annos aut mēses, ut quod  
ex frugilitate suppetat pro arbit-  
rio, id est, independenter à vo-  
luntate Superioris dispenset etiā  
in piōs usus: Nec Moniales, si  
quos à parentibus census ad vitam

M 4

necef-

necessarios acquisiuere, apud ser-  
tinere, sed Officialibus commit-  
tere debere, iuxta Concil Trid. Sess. 15.  
c. 2. de Regularibus Collige 4. Non  
solum præcisè furtum, sed potiori  
de iure Sacrilegium, rapinam, la-  
trocinium, & quamlibet inuito  
Prælato, prouisore, Vfuario Reli-  
giofo possessionem, usurpationem,  
detentionem, vsum rei ad  
Monasterium pertinentis, aut vsum  
alicuius Religiosi deputatae & co-  
stituentis notabilem quantitatem  
in Religioso peccatum mortale  
reseruatum efficere.

XIII. Quæres. 2. quænam  
quantitas, tam ad furtum, quam  
ad proprietatem reseruatam con-  
stituendam requiratur? Resp. 1.  
Tann cit. d. 4. de Iustitia. q. 8. dub. 6.  
num. 111. duplicem esse quantita-  
tem notabilem, aliam absolutam,  
quæ in ordine ad quamlibet per-  
sonam constituit peccatum mor-  
tale: